

Heinrich Müller

**Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol. Prof. Ordinarius ...
Ad sacrum Funerale, Quod ... Annae Laurentiae, Viri ... Dn. Jacobi Alwarten/
Civitatis huius Senatoris ... Relictae Viduae Liberi & cognati Moestissimi paratum
expetunt Omnia ordinum Cives Academicos officiose invitat : P.P. Rostochii d.
14. Martii Anno M. DC. LXIV. sub sigillo Rectoratus**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771916159>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.

in

A. Laurenz,
uxor. C. J. Alwart.

Rostock, 1664.

47



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
D. HENRICUS

Müller /

Theol. Prof. Ordinarius , Facul-
tatis suæ hodie Decanus, & ad Div.

Mariæ Pastor

AD

sacrum Funerale,

Quod

Fæmina Honestissima

ANNÆ LAURENTIÆ,

Viri Prudentissimi

DN. JACOBI Alwarten/

Civitatis hujus Senatoris quon-

dam laudatissimi

Relictæ Viduæ


Liberi & cognati Mæstissimi paratum expetunt

Omnium ordinum Cives Academicos officiose

invitat.

P. P. Rostochii d. 14. Martii ANNO M. DC. LXIV.

sub sigillo Rectoratus.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Ao. 1664.



Ita nostra quantis referta sit mi-
seriis qui non videt , nihil videt.
Tota vita , inquit Augustinus
serm. XLII de verb. Dom. in-
telligentibus tribulatio est : sunt e-
nim duo animæ tortores , non si-
multorquentes, sed cruciatus alter-
nantes , quorum nomina sunt ti-
mor & dolor : quando tibi bene
est , times ; quando malè est , doles . Quid miserius nobis ,
qui tanquam spoliati & nudi proiicimur in hanc vi-
tam corpore fragili , corde lubrico , imbecillo ani-
mo , anxii ad sollicitudinem , desidiosi ad laborem ,
proni ad voluptates ? Nulla certe potest esse jucun-
ditas inter has vitæ nostræ amaritudines quæ vel
ex corporis ipsis infirmitate , vel extrinsecus acciden-
tium incommoditate generantur . Anxii enim
semper & ad ipsa lætitia vota suspensi quodam flu-
ctuamus timore , sperantes dubia procertis , incom-
moda pro secundis , caduca pro solidis , nihil haben-
tes potestatis in arbitrio , firmitatis in yoto . Tan-
tis

tis malis hæc vita repleta est, ut comparatione ejus
mors remedium esse putetur, non poena. Nam ideo
brevem illam DEUS fecit, ut molestiæ ejus quia pro-
speritate non poterant, temporis exiguitate finire en-
tut. Sanè cum oculos mentemque excitamus ad
considerationem tot calamitatum, in quibus ita flu-
tuamus, velut minuta magno deprensâ navis in ma-
ri vesaniente vento; cum animo nostro obversatur
metus malorum etiam graviorum, quorum neque
modum neque finem prævidemus, haud immerito
sortem eorum æstimamus felicem, qui illuc delati
sunt, ubi nec calamitates præsentes persentiscunt,
nec timore futuraru*m* occupantur. Verum ad ani-
mum hæc non admittunt suum, qui miseriis immersi
toti vel refugiunt planè naturæ debitum solvere, quo
obstricti sunt, vel exoptare quidem videntur, sed
non tam cito; expetunt ex hoc terreno corporis er-
gastulo vindicari, sed non tam cito. Nimirum &
volunt desinere esse miseri, sed non tam cito; & felices
ac beati esse ambiunt, sed non tam cito. Ita mori-
nolunt, qui mori oprant, iniquissimi profectò,
qui simul & miseris se esse, & miseriam propriam de-
sinere deplorant. E qualium numero non erat beatissimè denata ANNA nostra, quæ ubi voluntatem
Dei omnipotentis eam esse edocita est, ut vitam cum
morte commutaret suam, & cum corporis sarcina
miser-

miseriarum jugum depoñeret omne, non tergiversata
est, sed maximo cum proliuio fatalem moriendi ne-
cessitatem exceptit. Nata est hæc nostra ANNA
LAURENTIA Anno M. DC. XXVII. d. VIII.
Augusti, Patre Viro Prudentissimo & Spectatissimo,
Dn. MICHAELE LAURENTIO, inter Sena-
tores hujus Civitatis Seniore & Camerario, Viro, cui
pectus Candore nitet, Candore, inquam,

Qui rara avis in terris nigroq; simillima cygno;
Matrem habuit matronam quondam pientissimam,
nunc Beatam, ANNAM Kochin. Avum paternum
*laudavit B. MICHAELEM Laurenz/ Civem hujus ur-
bis primarium; Aviam paternam Tilsche Schmedes/*
*fœminam probissimam. Avus maternus ei fuit JO-
ACHIM Koch/ ex numero principum civium merca-
tor: Avia materna fœmina fexus sui ornamentum,*
*ANNA Pauels. His prognata parentibus honestissi-
mis horumq; cura ac studio ex aqua & Spiritu renata*
quarto ætatis anno matrem habuisse se tenerima &
opis indiga experta est, cujus vicem, ne inspectione
omni destitueretur misera, supplevit qui pupillorum.
Pater est DEUS connubiali fœdere jungendo Patri
viduo singularis exempli matronam JOHANNAM
*Bakmeisterin/ à qua piè educata, & virtutibus virginâ-
libus expolita est nostra ad invidiā. Quæ res effecit, ut*
postquam nubiles explesset annos, An. M DC. XLVI

pro-

procum inveniret Virum Præclarum & Per-Exi-
mum, M. PETRUM STAPPENBECCIUM, cui illa
quatuor amoris conjugalis vades & pignora jucundis-
sima, filios filiamq; peperit, & quasi redhostiit, AN-
NAM CATHARINAM, ARNOLDUM & MI-
CHAELEM gemellos, ac PETRUM, quorum duo
ARNOLDUS & MICHAEL felici navigatione mare
mundanum mature transfretantes portum ante ma-
trem attigerunt; superstites duos divinæ commenda-
mus curæ atq; tutelæ. Concorditer vixerunt hi con-
juges, Viriplacæ fanum nunquam ingressi, adeo ut
coniunctio hæc tam amabiliſ, jugum tam svave Ne-
ſoream ætatem mereri videretur. Verum Jehovæ,
qui omnia arbitrio dispensat suo, aliter visum est. An-
no namq; M. DC. LI conjugale duorum animorum
arctissimo amoris nexu colligatorum vinculum disru-
pit, & maritum piè defunctæ eripuit. Hinc illa di-
midio sui orbata non vel Niobe incontinentia faxeam
duritiem induit, vel Alcinois exemplo præ nimio do-
lore in mare se præcipitem dedit, vel hirciscantium
fœmellarum more lasciviit, sed maritum acerbissime
luxit, ejusq; pios manes viduitate triennali honora-
vit, donec tandem Anno M. DC. LIII Vir Prudentif-
simus JACOBUS Alwatt, Senator hujus Urbis exi-
mius, orbatus & ipse conjugé sua, viduus viduam sibi
matrimonio jungeret. Quod conjugium utut pac-
tum

tum & jucundum, sterile tamen fuit & vix quadriennale, Anno enim M. DC. LVII secunda illa vice vidua facta est, ex quo de nuptiis sollicitata lugere maritum, quam naufragio, ex quo vix evaserat, se committere maluit. Quapropter palmæ fœminæ instar, excisa arbore mare, teste Plinio, exarescentis, ab eo tempore hilarem spiritum nunquam duxit, thorum viduum pressit, illudq; Andromaches Hectorem suum inclamantis, apud Homerum, subinde ingeninavit;

Tu mihi, tu solus pater es, materq; verenda,

Tu dulcis frater, Tu gratus ad omnia conjux.

Durante viduitate variis exposita afflictionibus precibuspiis, exemplo Phanelis & ex præcepto Paulino vitam translegit. Subfinem mensis Februarii imbecillitas omnium membrorum eam invasit, ex qua cum virium jacturam indies majorem sentiret, d. 6. Martii animam, ministerio ac ope Viri pl. Reverendi & Excellentissimi D.N. D. JOH. QUISTORPII, Theol. Professoris, Facultatis suæ SENIORIS & ad Div. Jacobi Pastoris meritissimi, Collegæ & in Christo Fratris conjunctissimi ufa, viatico salvifici corporis & sanguinis Christi obfirmavit, quam die 10. Martii inter suorum continuas preces gemitq; Creatori & Redemptori suo reddidit. De Morbo ejus hoc Experi- entissimi DN. D. BACMEISTERI Collegæ pl. colen- di est judicium; *Morbum ejus quod concernit, notum*

est

est illam per aliquot annos gravissimo pectoris affectu, qui sanguineum sputum atque difficilem respirationem comites habebat, laborasse; Et quam vis exquisitissima interdum remedia adhibita sint, tamen nil obstantibus illis tandem malum in haec tam consummatamque Pthysin degeneravit, quae consumptis viribus etiam mortem induxit. Acerbissimus, fateor, dolor hinc exortus cor liberorum, patris, fratris & reliquorum cognatorum excruciat. Ast si affectibus suppressis vulnus hoc aestimetur, non infortunium sed solarium reputabitur. Subducta est enim pie demortua ærumnis praesentibus, quæ diluvii instar totam Germaniam hoc tempore fataliter inundaturæ videntur, reposita est quieti quam curæ nullæ interpellant, delata est in illum portum, quem nulla aut aquilonum aut frigoris asperitas pyratarûve direptio infamiat. Nobis, quod nostis, Christianis vivos nostros ut amare voluptas, sic mortuos lugere religio & pietas, nimium lugere impotentia, imò dementia est. Non mortua est vestra, sed per mortem morti erepta & vitæ restituta in cætu beatorum nunc tripudiat: Vos ei jungi potius, quam huc eam revocare lacrymis in votis habebitis.

Quandoquidem autem justorum exse-
quialium solutionem abs nobis requirit
BEA-

BEATA CIVES ACADEMICI, ut post horam
primam in Templo Jacobæo compareat-
ris, piè defunctam nostram ad dormitori-
um suum comitemini, & fragilitatis ac fu-
gacitatis humanæ recordemini, enixe-
vos & moneo & obtestor. Inter eundum
cogitate istud Senecæ Epist. LXXVIII.
*Nemotam imperitus est, ut nesciat sibi quandoq; morien-
dum. Quid fles miser? quid trepidas? omnes hac necessi-
tate ducuntur: eò ibis, quò omniz eunt.* Ad hanc le-
gem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc
majoribus, hoc omnibus ante te, hoco-
mibus post te.

Convenietur hora dimid. II in templo
Jacobæo,









est illam per aliquot annos gravem sanguineum sputum atque difficiliter bebat, laborasse; & quamvis ex quodam adhibita sint, tamen nil obstante in hec tam consummatamque Pthy sumptis viribus etiam mortem infateor, dolor hinc exortus contractis & reliquorum cognatorum affectibus suppressis vulnus hoc tunium sed solatum reputabitur pie demortua ærumnis praeservari totam Germaniam hoc tenturæ videntur, reposita est quiete interpellant, delata est in illum paciforum aut frigoris asperitas infamat. Nobis, quod nostis, stros ut amare voluptas, sic mopietas, nimium lugere impotest. Non mortua est vestra, erepta & vita restituta in certitudinibus: Vos eiungi potius, que lacrymis in votis habebitis.

Quandoquidem autem quialium solutionem ab

ris affectu, quem comites bantendum remeandem malum avit, quæ concerbissimus, patris, fratrat. Ast si r, non infor- macta est enim æ diluvii inliter inunda- iræ nullæ in- em nulla aut ë direptio is vivos no- rre religio & dementia mortem morti- m nunc tri- am revoca-

um exse- requirit BEA-




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 092